

## Psalmus responsorius

Ps 71, 1-2. 7-8. 10-11. 12-13 (R̄.: cf. 11)

R̄. Adorábunt te, Dómine, omnes gentes terræ.

<sup>1</sup> Deus, iudícium tuum regi da  
et iustítiam tuam fílio regis;  
<sup>2</sup> iúdicet pópulum tuum in iustítia  
et páuperes tuos in iudício. R̄.

<sup>7</sup> Florébit in diébus eius iustítia et abundántia pacis  
donec auferátur luna.  
<sup>8</sup> Et dominábitur a mari usque ad mare  
et a Flúmine usque ad términos orbis terrárum. R̄.

<sup>10</sup> Reges Tharsis et ínsulæ múnera ófferent,  
reges Arabum et Saba dona addúcent.  
<sup>11</sup> Et adorábunt eum omnes reges, \*  
omnes gentes sérvient ei. R̄.

<sup>12</sup> Quia liberábit ínopem clamántem  
et páuperem, cui non erat adiútor.  
<sup>13</sup> Parcet páuperi et ínopi  
et ánimas páuperum salvas fáciet. R̄.